

crucore p̄fus. nō dicebat heu me dolentem  
nō heu me iuuenē. nō heu me q̄ morior absq̄  
q̄ culpa: relinquo mūdum: parentes defero z  
amicos: morte violenta occisus: nō hec vel si  
milia loq̄batur. Sed animo hilari: facie ad  
celū directa. dñe inq̄r ihu accipe sp̄m̄ meuz: z  
ne statuas illis hoc pecc̄m̄. q̄d cū dixisset ob-  
dormiuit in dño. vbi glo. pulcre dictū est ob-  
dormiuit z nō mortu⁹ ē: q̄ obtulit sacrificiuz  
dilectōnis: z obdormiuit i spe resurrectionis.  
¶ **Q**uādr̄ b̄tus stephanus d̄r p̄m⁹ martyr z q̄l̄ter  
multis miraculis coruscavit. q̄ iam plene be-  
nificatus ē in celis.

¶ **L**ap̄tulum. iij.  
¶ **E**rcū p̄uilegiū beati stephani d̄r glo-  
rie: adeptus nāq̄ fuit p̄pter eius merita  
copiosa triplicem gloriā.

¶ **P**rima dicitur specialis honorationis.

¶ **S**ecūda miraculoz operationis.

¶ **T**ercia plene beatificationis.

¶ **P**rima gloria d̄r sp̄alis honorationis. Est  
em̄ in ecclesia dei inter martyres p̄mus cui⁹  
festū immediate post natiuitatē dñi celebra-  
t. Sed pleriq̄ dubitare solent quō stephanus  
p̄mus martyr dicatur: cū ante ip̄m̄ etiā aliq̄  
martyres predicentur. nam abel martyr: in-  
nocētes martyres: iohannes baptista martyr  
nō ergo stephano p̄ioritas martyrij debet.  
Ad quod respōdemus q̄ ideo p̄mus mar-  
tyr dicitur. quia ip̄e p̄ius ceteris passus est.  
post noui testam̄ti cōsummationē que facta  
fuit: quando omnino cessarunt legalia dum  
p̄p̄s dixit cōsummatum est. etiam quia p̄-  
mus euolauit. nā alij licet martyrij fuisent  
passi añ ip̄m̄: nihilominus quia nondū erat  
aperta ianua non euolauerunt. Dicit̄ insup̄  
p̄mus martyr quia passus est p̄pter fidei de-  
fensionem z confessionem. Innocentes q̄ppe  
passi sunt pro christo sed nondum illum p̄fi-  
teri poterāt. Iohannes baptista passus ē. q̄ ar-  
guebat herodes. abel p̄pter inuidiam fratris  
stephanus aut̄ quia xpm̄ predicabat filiū dei  
regem regum z dominū dominantiū. Nota-  
dum tamen q̄ beatus stephanus passus fuit  
die qua eius inuentio celebratur. inuentū nā  
q̄ fuit tunc corpus eius anno dñi. cccc. xxij.  
honorij principis anno septimo mutauit ta-  
men ecclesia festiuitates vt festum passionis  
eius cum ampliore deuotione celebraret im-  
mediate post natiuitatē domini quia passio  
eius dignior est q̄ inuentio. ¶ **S**ecūda glo-  
ria beati stephani dicit̄ miraculoz operatio-  
nis. dicit̄ em̄ Augustinus li. xxij. de ciui. dei.  
b̄t̄m̄ stephanū innumeris miraculis coruscasse  
z mortuo sex suis meritis suscitasse multos  
z curasse a varijs languoribus. Et vt ibi res-

fert: flores de altari sancti stephani assumpti  
cuiusdam mulieris cece oculis impositi sunt  
que continuo lumē recepit. quidam insuper  
nobilis marcialis nomine: cū infidelis esset  
z nequaq̄ conuerti uellet: cum plurimū egro-  
taret gener suus valde fidelis ad ecclesiaz be-  
ati stephani uenit. Et de ip̄is floribus qui su-  
per altare erant accipiēs ad caput loceri late-  
ter posuit. Super quos cum ille dormisset p̄-  
tinus ante diluculum clamauit vt ad ep̄isco-  
pum mitteretur. cū autē ep̄iscopus abesset sa-  
cerdos ad eum uenit: z cum se credere diceret  
baptizatus est. Qui q̄z diu uixit hoc uerbum  
semper in ore habuit. Christe accipe spirituz  
meum: cum tamen ignoraret: hec fuisse uerba  
ultima sancti stephani. ¶ **T**ercia gloria dicit̄  
tur plene beatificationis. hāc habet in regno  
celoz dñm̄ clare uidentē: tenendō: atq̄ fruē-  
dō: ibi factus est in pace locus et̄ ibi possessi-  
onem habet epulentam: ibi coronatur aureo  
la: que datur doctoribz: uirginibz: z martyri-  
bus de qua plenius in sermonibz de uirgini-  
bus disseremus. D igitur felix inuentus be-  
ati stephani: q̄ morte z martyrio fuit in meli⁹  
p̄mutata. D preciosa z delicata tolerantia. D  
dulces lapides torrentis quibz tam grāde p̄-  
mū eterne uite stephanus ip̄e p̄meruit. mor-  
tuus fuit p̄ christo z ecce in eternū regnat cūz  
christo qui est benedictus in secula seculozū  
Amen.

¶ **S**ermo quinquagesimus de innocentibz  
occisus ab herode ascalonita qui xpm̄ puerū  
lum̄ extinguere nitebatur.

## **U**rgere et accipe

puerū z iuge in egyptū. āgeli ad io-  
seph loq̄ntis uerba sunt ista orige-  
naliter Matthei. l. ca. zin euangelio p̄sentis  
festiuitatis iniquas male mentis herodis im-  
p̄ij z crudelis xpm̄ ihm̄ in cuna uagientem p̄-  
sequi cepit. Nam uolens illum p̄imere alios  
paruulos occidi insit̄ credens in nūero eoz  
xpm̄ p̄cludere. Qua de re beatissimis illis in-  
nocentibz ecclesia sc̄ta honorē debitū tribuit  
statim hanc solēnitatē ad eoz reuerentiā a ff̄-  
delibz celebrandā. vt aut̄ mēs xp̄iana p̄cipere  
ualeat quāta sit obligatio n̄ra ad filiū uir gi-  
nis diligendūz q̄ in qualibet etate pro nobis  
pati nō recusauit. in p̄nti sermone decurrem⁹  
ea q̄ de illius p̄grinatione in egyptum z p̄ue-  
rorū interfectione euangelica tradit̄ historia.  
vbi tria mysteria se offerūt contemplanda.  
Primum dicitur xpi p̄grinatio.  
Secundum herodis malignatio.  
Tercium innocentium coronatio.